



**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesu Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censvris.
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Art. 5. Vtrum remissa culpa mortali, tollantur omnes reliquiae peccati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

Quæst. 86. De Pœnitentia ut delet pecc. mortale. Att. 5.6. 193

eternam: ergo contritio ut quatuor, poterit tollere eternam & temporalem, quantumvis magnam.
Respondeo, Contritio non tollit pœnam æternam per se primò, sed solum consequenter, quantum tollit culpam, ex qua debitum pœna æterna sequebatur. Pœna autem temporalis non condonatur ex consequenti, eò quod aliqua culpa vel macula tollatur, ex quâ dependeat; sed per se primò. Quare oportet aliquid aliud exhibere Deo, quod isti pœna quadammodo in ratione satisfactionis adsequetur.

Quæst. 86.
Car. cont. 1. Cui non tollat simul temporale pœnam cum æterna.

ARTICVLVS V.

Vtrum remissâ culpâ mortali, tollantur omnes reliqua peccati?

*R*espondet: Non statim omnes reliquias tolli. Pro quo notandum est, dum comittitur peccatum, per illum actum nasci in anima quandam prauam dispositionem, & veluti pondus ad similes actus: & si peccatum frequenter, nascitur etiam habitus, id est, firma inclinatio. He inclinationes vocantur *reliquiae peccati*. Constat autem has reliquias ordinariè non statim tolli per pœnitentiam, sed manere etiam in iustificatis; vt docet Concilium Tridentinum sess. 7.4. cap. 8. qui sapientiunt, præsertim in initio conversionis, magnas in abstinentia ab illicitis difficultates. Vide Origenem homil. 8. in Licut, ubi disputat de cicatricibus, quæ curato peccato in anima permanent. Quod autem D. Thomas ait, *Mancere in iustificatione magis per medium dispositionum, quam habituum*, non sic intelligendum est, quasi semper secundum substantiam suam immittantur & debilitentur in iustificatione: hoc enim verum non est: (nam sapientia non videtur sine actibus, qui praus illis habitibus sint contraria). Sed quia post iustificationem non dominuntur voluntati, sicut ante; cum gratia supprimat earum vires, nec sinat in actum exire. Quam ob causam dicuntur etiam *debilitate & diminutio*, etiam fortassis secundum substantiam suam aqua intensa sunt.

Quæst. 86.
Quæst. 86. art. 1. tur reliquias peccati.

ARTICVLVS V.

Vtrum remissio culpa sit effodus Pœnitentia?

*R*espondet Affirmatio. Et patet ex dictis art. 1. Solum: *Etiam in iustificatione, quandoque pœnitentia remittit peccata, non tollit pœnam, sed tollit culpa, quæ est pars pœnæ, non pars meritorum.* Quia pœnitentia remittit peccata, non tollit pœnam, sed tollit culpa, quæ est pars pœnæ, non pars meritorum.

Notandum est, Actus Pœnitentia, ut est Contritio, Confessio, Satisfactione, dupliciter posse spectari: Primò, Ut sunt partes materiales Sacramenti: & hoc modo concurrunt effectuè & instrumentaliter ad remissionem peccatorum: nempe vt instrumenta moralia. Natti ex Christi institutione applicant nobis ipsius meritum: Contritio quidem & Confessio ad remissionem culpas; Satisfactione autem, ut est in proposito, ad remissionem culpas; ut autem in executione, ad remissionem pœnae tantum. Hæc tamen applicatio non perficitur ante verbum absolutionis, à quo actus pœnitentia vim sacramentalē potissimum accipiunt. Secundò spectari possunt, ut solum sunt actus virtutis Pœnitentia: & sic Contritio ad remissionem peccati concurrat ut dispositio, & etiam quadammodo ut compensatio, seu solutio pro iniuria peccati, quamvis imperfecta. Disponit enim ad gratia infusionem, quâ peccatum quasi formaliter deletur, sicut tenebra luce: & satisfacit quodammodo Deo pro iniuria illata, ut supra dictum est.

Quæ autem Dominicus Soto hoc loco disp. 15. quæst. 1. artic. 6. disputat de actu pœnitentia, ut ostendat eundem actum esse ab habitu gratia, & etiam dispositionem ad eundem habitum, videntur aliena à veritate, ut ostensum est i. 2. quæst. 113. art. 8. Vnde & id, quod ex eo inferit, à veritate alienum videtur: nempe actum pœnitentia, ut est à gratia, esse causam remissionis peccatorum efficientem, seu meritoriam; ut autem est à libero arbitrio, esse causam eius dispositiuam. Nam Contritio in nullo momento est à libero arbitrio, quin etiam à gratia præueniente & comitante: & hoc duntaxat modo est dispositio ad gratiam iustificationis. Deinde etiam si concederemus, quod tamen non concedimus, eandem contritionem posse esse ab habitu gratia; tamen verum non est illam contritionem esse causam efficientem & meritoriam de condigno remissionis culpa mortalis, ut ipse videtur velle: quem sequitur Ruardus artic. 6. Nam si contritio consideretur, ut procedit à gratia ante remissionem peccatorum, non erit operatio filii, seu personæ absolute grata. Nemo enim est absolute filius, aut gratus Deo, in quo est culpa mortifera. Quare illa contritio non erit meritoria de condigno remissionis peccati mortiferi. Vniuersè enim verum est, neminem per illum actum à se procedentem posse sibi mereri de condigno remissionem peccati mortiferi: ut ostensum est quæstione 114. De Gratia.

Rer. QVÆ-